Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8479
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Dilexisti iusticiam et odisti iniquitatem propterea unxit te deus deus tuus oleo letitie p̃ consortibus tuis. ps. Eructauit cor meum verbum bonum dico ego opera mea regi. Gr. Dilexisti iusticiam et odisti iniquitatem. v. Propterea unxit te deus deus tuus oleo letitie. Alla. v. Diffusa est gratia in labiis tuis propterea benedixit te deus in eternum. off. Offerent reges munera. Et omnes gentes servient tibi. co. Diffusa est gratia in labiis tuis propterea benedixit te deus in eternum.

Marie magdalene mart.

Me expectauerunt peccatores ut perderet me testimonia tua deprehendi nimis. Beati immaculati in via qui ambulant in lege domini. Gr. Speciosus forma prae filiis hominum diffusa est gratia in labiis tuis propterea benedixit te deus in eternum. v. Propter veritatem et mansuetudinem et iusticiam et deducet te mirabiliter dextera tua. Alla. v. Domine ad te levavi animam meam. Ecce ancilla domini fiat mihi secundum verbum tuum. off. Filie regum in honore tuo astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato circumdata varietate. co. Diffusa est gratia in labiis tuis propterea benedixit te deus in eternum.

Sacerdotes dei benedicite dominum. Apollinaris. Benedixit te deus in eternum. Sancti et humiles corde laudate deum. ps. Benedicite omnia opera domini domino laudate et superexaltate eum in secula. Gr. Inuenit dauid seruum meum in oleo sancto unxi eum manus enim mea auxiliabitur ei et brachium meum confortabit eum. v. Nichil placet in me in eo et filius iniquitatis non nocebit eum. Alla. v. Iustus germinabit sicut lilium et florebit in eternum ante dominum. off. Veritas mea et misericordia mea cum ipso et in nomine meo exaltabitur cornu eius. co. Semel iuraui in sancto meo semen eius in eternum manebit et sedes eius sicut sol in conspectu meo et sicut luna perfecta in eternum et testis in celo fidelis. Ego autem sicut oliua fructificauit in domo domini speraui in misericordia dei mei et expectauit nomen tuum quoniam bonum est coram sanctis tuis. ps. Quid gloriaris in malicia qui potes es iniquitate. Gr. Iust[us] ut palma florebit sicut cedrus libani multiplicabitur in domo domini. v. Ad annunciandum mane misericordiam tuam et veritatem tuam per noctem. off. Gloria et honore coronasti eum et constituisti eum super opera manuum tuarum domine. co. Magna est gloria eius in salutari tuo gloriam et magnum decorem impones super eum domine. In die sancto. introitus.

Michi autem nimis honorati sunt amici tui deus nimis confortatus est principatus eorum. ps. Domine probasti me et cognouisti me tu cognouisti sessionem meam. Gr. Constitues eos principes super omnem

tram.